

Gentilitas obsequium viciuam infantis.

nobile obsequium, adorant, muneraque postmodum offerunt; quoniam ex corde patet oblatio munerum, post oblationem cordium, prae dilectione adorantium.

Amorem caelicum (Gentilitatis oblitum, & merito, quippe in ipsa prius oblivio) reconciliare obsequijs Gentilitas cupiebat, & redamari, quia cognitum iam amabat: flebitur precibus, trahitur cordis gemitibus.

Paulin. Conf.

Quanta Dei pietas, quamque exorabili Numen!

Poenituisse sat.

Et traxit arte in eius dilectionem.

Accinit Paulinus Consul, in Carm. de Baptistis. v. 104. Placatur Deus, cui placeat amor nudus: & Gentilitas munera offerens, Sponsum adoravit toto pectore; quia cuncta dedit anxia pro dilectione. Dedit pro dilecto cuncta, etiam vestem in qua capta.

Peregrinatio in Dilon ob reverentiam Solis.

20 Apud Graecos celebris fuit solemnitas, quam dicebant Felicitatis, pietati navi pro simbolo, in cuius antennae fulgens stella rutilabat velo. Quae verò navis (inquit Pierius Valerianus lib. 45. Hieroglyph. cap. 4.) apud Athenienses erat salutis indicium, in Thesei memoriam coli consueverat, singularisque annis Delon (ubi Sol colebatur in antro, de quo vide Vinc. Chartarium in Apollin. fol. 46.) mittebatur, Apollini cultum allatura, suscepto olim à Theseo voto huiusmodi, si civibus suis una secum salvis reversus esset. Ecce imago felicissimae sortis, subacta à demone tyranno Gentilitatis, qui quidem singulos tradebat devorandos Minotauro, in flexu, & reflexo errorum superpositionis labyrintho. Venit Deus in navi descendens in inferiores partes terrae (igitur navis de longè, hospitis adventum testificata Dei) ut educeret vincetos in fortitudine, proiecto in lacum dracone, quo libera Gentilitas fregit tyranni catenas: & grata obsequio, sollicita studio misit Reges, ducentes stella, ut in antro Soli iustitiae offerrent munera sacra, quotiesque colligens fide & tempore residuum, tunc intraret plenitudo Gentium: & quae erat demonis serva, gratia veri Dei plauderetur Sponsa, tam felix, quam formosissima. Non ego pauper, te divite, facta. Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis: Mars abiit, signo nunc Venus apta tuo. Proffit & adveniens, en aspice dives amator, Te cupit & cura, quid tibi destr. habet.

Pier. Val.

Gratitudo Gentilitatis.

Altiori sensu canam, quam Ovidius lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Ovid.



DIDASCALIA VII.

Ascensio Domini glorificatio nostra est.

1 GRATULABUNDUS proclamat Augustinus Serm. 2. de Ascensio seu 175. de Tempore. Caspitamus miraculis, repleti donis. Ascensio Domini (inquit Serm. seq.) catholica fidei confirmatio fuit: ut scire in posterum crederemus miraculi illius domini, cuius iam in praesenti percipissemus effectum. Alienum erat à natura caelum, quod repagulis ferreis criminis erat ocellum: sed qui vicit peccatum & mortem, caelum etiam reseravit; quandoquidem super omnium creaturam caelestium dignitatem, humani generis natura descendit. Gaudebat hostis de proiectione humanae conditionis, quasi nunquam posset excutere iugum tyrannidis, descendendo in profundum inferni, sine spe, unde ipse lapsus, calcandi sidera poli; quippe terra in terram ite post peccatum, & nequaquam terra in caelum.

Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles. Perfide quid scavis: iam super astra sedet, Mortuus ille tonat, terram calumque subegit, Quid facient hostes: Mortuus ille tonat. Canit Sedulius Hymn. 1. v. 84. Plaudatur igitur terra nova, dum videtur super astra.

2 Abrahamus, Advena dicitur & peregrinus: Christus in caelo peregrinus, & non advena. Non advena, quia reversus, unde venerat: & nihilominus peregrinus, quia inde carnem, quam assumpserat, non traxerat. Carnis enim locus proprius terra est, quo quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in caelo collocatur: inquit Gregorius Magn. Homil. 9. in Evangelii novumque rutilat prodigium, quod terra nostra in corpore Redemptoris multoties locum; etenim terra elevatur super caelum. Cantat Arator lib. 1. in Act. Apostol. v. 33. Tollitur astrigerum rediturus victor in axem, Et secum quod sumpsit habet, nova pompa triumphi Arva Deus petijt, homo sidera. Terras illustrat descendens Deus è sublimi caelo, & sidera petit homo; quippe descendit ut hominem elevaret, & terram caelo superiorem constitueret: igitur illius peregrina carnis in thronum patris Ascensio, nostra fuit glorificatio, ampliora nanciscuntibus per Christi ineffabilem gloriam, quam per diaboli

Novas pompa in triumpho Ascensio nis.

August.

Idem.

Terra colata in caelo.

Sedulius.

Genes. 13. 4.

Terra caelo superior.

Gregor. Magn.

Arat.

Novas pompa in triumpho Ascensio nis.

boli amiseramus invidiam: siquidem resulsit in toto genere, quicquid effulsit in capite. Nova pompa triumphi est, dum in caelum elevatus est Sol; & propter gloriam Christi ascendentis, & propter gloriam simul ascendentis hominis.

Psal. 29. 2.

3 Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec desististi inimicos meos super me: canit David. Ubi igitur Propheta exaltatus, ubi susceptus, ut grates solvat de propria exaltatione gaudibundus? In caelum. In caelum Propheta tollitur: Sanè: in caelum Christus Dominus elevatur: & dicit aptè propriam elevationem, dum Christus ascendit in maiestatis sedem; quoniam elevatio Principis, est elevatio humani iacentis generis. Pulverem inimici arborabantur hominis corpus, quasi non esset auxiliator, qui posset in pulvere levare, & de eorum manibus poterent eripere, etenim peccato atque morti mancipatum, redigebatur in ignobile principium, ut semper esset terra procul à caelo, siquidem vel animata expulsa de paradiso. Si ita conditio corporea humana maneret, dilatato corde inimicus diabolus exultaret, quasi semel victa & deserta usque ad pulverem per diabolicam artem, ope divina nequiter superare victorem. Unde hominis inimici diabolus, mors & sepulchrum, nequaquam gudent, sed fremunt, Christo ascendente in Olympum; quoniam Salvatoris corpore collocato in caeli throno, totius generis micabat glorificatio.

Glorificatur boni, ubi collo-cato.

Psal. 88. 19.

4 Promptè intelligitur illustris eiusdem Prophetae antithesis. Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Sonant opposita, quae gaudens in subsidium lapsa natura refert Propheta. Nostra est assumptio. Iacemus, & assumimur? Serpimus in terra, & calcamus sidera? Sanè. Sedet iam Christus ad dexteram Patris in excelsis, qui homo nobilicem eiusdem conditionis, per quem habemus accessum in solum, ubi elevatur in caelum: & Domini assumptio, dicitur assumptio nostra; quia nos qui serpimus, in illo elevamur ad sidera: igitur si nunc in illo nostra assumptio & elevatio, post assumemus cum illo. Est beatitudinis hominum principium, quoniam gloria virtutis eorum, carne corporis collocata in throno, quae iacuerat in sepulchro, ut homines qui iacebant in terra, collocarentur in gloria: Christusque Domini Ascensio appellatur nostra assumptio; quoniam nos, dum ascendit in thronum, tulit secum. Patet ianna beatitudinis: nostraque est assumptio quae assumptio Domini; siquidem nulla nostrum videretur exaltatio, nisi exaltaremur ipso illo.

Serpmus gema tulit.

Tom. II. Taut.

5 Absolutè Apostoli reliquerunt omnia, & pro relictis inquisierunt in caelestibus praemiis. Quid ergo (dixerunt) erit nobis: illic Dominus: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Merita Apostoli exponunt resolutoridè, Christus verò praemia proponit conditionatè: Cum sederit filius hominis, sedebitis. Non sedebunt, nisi federit? Profectò. Ab illius gloria pendet hominum glorificatio. Non querebant, quibus affecte renunciant, terrena, sed caelestia dona. In caelo vota eorum discipulorum detorsit: Christusque asserit habituros, cum haberit: siquidem ante illam, nemo ingressus est in caelum. Per sedem indicat gloriam, per illum, sed haudquaquam ante illum, ab hominibus habendam. Hanc discipulis promittit, verum cum in caelo ad dexteram Patris sederit: igitur si ille non federet in sede maiestatis: minime haberent maiestatem sedis.

6 Deinde. Sessionem discipulorum in caelestibus memorat, & se solum hominis vocat: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis, sedebitis. Cur naturam humanam connotat, dum sedes affectis signat? Etiam corpus gloria donandum, elidit horridè saucium, vel in pulverem convertitum habitaverit sepulchrum. Filius hominis in Christo dicit humanam formam, & etiam materiam, quibus constituitur homo, & ex quarum gloria constat gaudij plenitudo. Hinc illis dixit: Ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impletur: igitur sine gloria corporis, gloria licet summum gaudium, non videtur gaudium plenum. Unde dum plenam gloriam in sede maiestatis, Christus promittit discipulis; dicit Iosuros, cum sederit filius hominis: siquidem in caelum assumpta, etiam in cinerem redigatur humana caro; non tantum animam potitur gloria, à corpore separata, verum vivificabit, & glorificabit corpora.

7 Effectus patet felicitatis, patet etiam origo beatitudinis. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes, &c. Si sedes caelestes praemia laborum sequentium Christum; cur ergo in sedes caelestes ius taceret Apollodorum? Christus sedebit in sede maiestatis suae: quare non dicitur illorum, illorum sedes, cum illi ex vi iuris, quippe ex meritis, gloriosè sederint in sede maiestatis? Quia neminem susciperet thronus, nisi in throno sederet Christus. Gloria nostra pendet à gloria Christi ascendentis in gloriam, etiam naturae reliquorum iulorum communi dantur.

Matth. 19. 28.

Ex gloria Christi gloria conditio nis humana.

Ibidem.

Ioan. 15. 11.

Et gloria.

Aqua omni nino per det.

Ppp 2 dam;

dam: & vel dum illi federint in maiestatis fede, dicit Christus maiestatis sua; quippe ni federet primus super thronum, nemo ascenderet in caelum.

8 Aptius proposito, ut clarescat libertatis origo. De gloria, & de propria gloria disserit sepe Saluator; & nisi modo numquam dicit gloriam propriam. Math. 24. 30. *Vidobunt filium hominis venientem in nubibus caeli, cum virtute multa & maiestate.* Marc. 13. 26. *Cum virtute multa & gloria.* Luc. 21. 27. *Cum potestate magna & maiestate.* Propria semper gloria fuit: & non dicit gloriam maiestatis suae, nisi dum meminit de Apostolorum sede. Ducitur in genus humanum vehementiore am re: propriamque dicit gloriam maiestati cui, dum tantae gloriae facit hominem participem. Descendit Deus in mundum, ut genus humanum elevarer ad caelum: positus est voto, facti sanguinis pretio: gloriaeque propria modo dicitur sua, quia ab hominibus haberi, habet pro insigniori gloria. Iccirco, dum maesti discipuli absentia Salvatoris, iubet eos reperi gaudijs; igitur ex Ascensione ad Patrem ex hoc misero mundo, pendet eorum usque ad caelos elevatio.

9 Quaelio inter Expositores sacros insignis est. An throni, vel sedilia aliqua in tabernaculo Mosaico, vel in templo Salomonico? Fuisse, allerunt Hugo Cardinalis & Dionysius Carthusian. Ita igitur intelligunt illud Ezechielis: *Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia, quae ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum ut continerent, & non attingerent parietem templi. Latera, id est, Sedilia, vel throni: Sanctus hic num. 19. Throni. Ad quid ergo ibi sedilia, si vacua? Templum illud erat umbra caeli, in quod nullus introitus, quousque Christus est ingressus. Nemo dignus sessione in illo throno. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Aberant merita, esto essent ibi sedilia: dicunturque iure vacua; quippe satius, vacuas sedes, quam quod occuparentur ab indignis. De hoc alibi.*

10 Ergo mysterio. Si vacua, quorsum sedilia? Per sedem signatur gloria, salvandis ab initio destinata. Si non sedes, numquam gloriam possiderent homines. Si non vacuae, haberent indigni: & sunt sedilia, sed vacua: sedilia, quia aliquando possessuri gaudium: vacua vero, quousque Christus ingrederetur in caelum. Ostium templi caeli continentis thronos, erat occultum: vel esto patulum esset, erat velamen expansum ori-

ginaria labe, ita ut nequirent oculi illos salutare nisi a longe. Aliquando aperitendum erat ostium, cum in cruce destrueretur divinum templum. O bona fors! *Velum templi scissum est: introivit semel summus Sacerdos in Sancta, & apparuerunt sedilia, quae occupaturi homines, dum federet ille in speciosa sede maiestatis.*

11 Intende. *Ecce ostium* (ait Ioannes Evang.) *apertum est in caelo.* Bonum utique nuncium, ubi hominibus patet in caelis ostium. *Apertum est ostium in caelo, & vox prima, quam audivi, dicens: Ascende huc.* Crescit gaudium: igitur homines vocantur ad caelum, dum claret ostium; & ascendere iubentur, qui expellebantur. *Apertum est ostium, & ecce sedes posita erat in caelo.* Occulta erat, quippe caelum clausum, & penetrabile non visum. Ostendenda erat hominum gloria, quum Dominusumperet caulas: igitur dum hic penetraret caelos, il i habituri in caelestibus thronos. Caelum aperuit, & sedes illud apparuit; etenim sedes gloriae hominum ex eo quod ille ingrederetur in caelum.

12 Lique ex contextu. *Sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens:* id est, Christus Dominus uti observant plures PP. vide Haye, & Alcazar hic. Non sedes sola, quia in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes (hoc est universus iustorum, uti observat Viegas hic sect. 4.) circumamicti vestimentis albis. Ecce sedes & sedilia, quae in templo Salomonico vacua. Eadem sunt & in Sanctuario & in caelo; igitur caelum adumbratum per Sanctuarium. Quo igitur intuitu hic sedilia plena, & ibi vacua? Clarius. Sedes illa in caelo Christi est, iuxta illud: *Parata sedes tua ex tunc.* Sedilia illa erant gloriae hominum nota: quare igitur tunc vacua, & modò cum festioribus sedilia? Pridem erat in caelo sedes, verum necdum Christus federat ad dexteram Patris: & sedilia erant vacua, quoniam nemo ante Christum donatus gloria. Modò est sedes, & supra sedem feder, ut homines simul maiestate glorificet. Gloria illius sedis est gloria nostrae abiectione conditionis; igitur ni federet in caelo, nequiquam festurus homo: & sedilia quae ante illius sessionem vacua, in caelo videntur plena, quippequam illius Ascensio est nostra glorificatio, sedente homine in throno maiestatis, dum Christus micat maiestate sedis.

13 Denique: *Seniores sedentes circumamicti vestimentis albis.* Aprè per Seniores demonstratur natura humana, igitur hu-

Per Christi aperitum est caelum.

Apoc. 4. 1.

Verf. 2.

Et tunc visa gloria throni num.

Verf. 4.

Psal. 92. 2.

Et sedes in glorias

iusmodi felicitate posita post tempora & tempora. Ceterum quid illa vestimenta alba? *Gloriam corporis:* inquit Viegas ubi supr. num. 6. Ostenditur, dum caro humana in Christo usque ad dexteram Patris elevatur, quid hoc pignore in spe habetur: nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate collocavit, eos sibi incorporatos in Olympo deiecit; gaudente natura de assumptione in caeleste cacumen, ubi in Christo capite generis nancebatur feliciter possessionem. Ostium aperitur in caelo, ut anima introeat in potentias Domini, & fedeat in fedecum maiestate: qui quibus seniores sedent, induuntur etiam vestimentis albis, ob gloriam futuram corporis: siquidem gloria est gaudium summum, & nequiquam plenum, ni corpus animae videntis Deum, elevaretur ad thronum. Audiatur Arator ubi supr. v. 38. *Ingredienque polum carnis comitante trophaeo.*

Vieg.

Comminicanda etiam carni.

Arator.

Paulian.

Vincula suspensa in templo Solis.

Psal. 67. 7.

Miracula insignia Domini in sensu.

tum, de Dominico facturi, ubi opportunum. 15 *Eduxit vinclos in fortitudine. Effectus adventus Domini:* sublit Genebrardus hic. Mihi videtur clarius effectus Ascensionis in gloriam, quam descensus in terram. Addit itaque Pfales Regius: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem,* ut Domini promeret in Ascensione virtutem: siquidem si splenduit, dum vinclos extorxit ab ore leonis; magis coruscavit, dum tyrannos & vincula duxit in vinculis.

Altius, ni fallor, latet sacramentum; ut constet homini quantum ex Domini Ascensione beneficium. Vinciti erant homines omnino sub tyranno diabolo. Animae etiam iustorum in limbo uti in latumis carceris. Corpora quae animas exasperant, habitabant in sepulchris. *Copiosa apud eum redemptio,* cuius magnitudo videnda relicto mundo: & non tantum eduxit vinclos qui in carcere limbi erant; sed etiam illos qui in sepulchris habitabant: quippequam eius in caelum ascensio, caelo disrupto, non tantum anima beatitudine donanda, sed etiam hominum corpora. Copia redemptionis videtur solummodo in corporis libertate, quod tenebras funesti habitaculi sepulchri, quasi sub custodia mortis, oblitae furuae felicitatis. Redemptio visa est, dum videntur gloriam mancipatae carceri iustorum animae, simulac Christus expiravit in cruce. Videnda erat copia redemptionis, erga eos qui habitabant in sepulchris, quippe plena redemptio, ubi glorificatus totus homo: & dum Christus in aethera ascendit, corpus vel sepulchrum sese de gloria plaudat; igitur eius glorificatio videtur, dum caro nostra per Redemptorem in Olympo collocatur.

16 Perfekte captivitas mentio fit in Scriptura. Unde dicitur: *Ed quod concluserint captivitatem perfectam.* De sensu literalis agemus hic Tautolog. 1. in *Exposit. litt.* num. 5. Modò inquirendum, quoniam vel qualis perfecta captivitas, ut una clarescat & ad amulsim libertas? Inimicus hominis diabolus (conditionis forti vel a conditione infensus) eadem sicte nutantis divinitatis cepit, atque redegit in captivitatem hominem, & totum, per uxoris ludicrum omnino prolubium; igitur anima capta vipuleis criminis, & corpus vinculis mortis, clausis foribus caeli, divini praecepti transgressione: ita ut animam vel gratiae restitutum traderet limbo, & corpus occluderet in sepulchro. Haecque captivitas plena. Verum ex hac captivitate erit redemptio copiosa. Redemptio fuit ubi anima visione Deitatis, libera è carcere evasit, quod quidem adeptus est homo, dum

Geneb.

Verf. 19 Christus vincula non solam fragit, sed vincit.

Anima beatitudinis donanda, & etiam corporis. Psal. 129: 7.

Cuius gloria in corpore Redemptoris.

Amos 1. 2.

Veritas per se est.

dum Christus mortuus in ligno. Redemptio mirifica, sed non plena; quippe caro corporum in sepulchris iacebat usque ad pulverem redacta. Tunc perfecta libertas, ubi totius hominis dissoluta captivitas; & Christo ascendente in gloria maiestatem, obtinet homo libertatis plenitudinem; igitur caro quae sepulchri iacebat in ignominia, corpore Christi exaltatur super astra.

17. Constat ex Sacra pagina acumen pro perfecta libertate. *Expectatio creaturae revolutionem filiorum Dei expectat*: inquit Paulus. Mortuo iusto, illic fit gloriae revelatio: quoniam enim expectatur, si videtur Dicit Gentium Doctor: *Vanitati* (mutationi per mortem, in sepulchro per carnem redactam in pulverem) *creatura* (corpus) *subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe*: ut aliquando fiat, qua gloria anima potitur. *Quia & ipsa creatura* (corpus, ut diximus) *liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei*. Perpende, *Liberabitur in libertatem*: ergo est libertas in servitute. Sane. Homo iustus dum moritur liberatur, sed non perfecte; quippe licet anima Deitatis habeat visionem, corpus tendit in pulverem. Unde est gloria habere, liberatur, ut serviat. Habebit plenitudinem libertatis, si homo liberetur etiam a servitute corruptionis, corpore donato gloria, qua incorruptibile regnet in patria. Libertas perfecta est, dum totus homo dotibus gloriosus sit: liberaturque in libertatem, obtinente Christo Patris dexteram & sedem; quippe dum Christi corpus collocatur in caelis, liberatur a servitute omnimoda corruptionis.

18. Hinc orta hominis felicitas & perfecta, ut poteretur gloria. In eodem Psalmo, quo supra, David praedicat: *Iter facite ei, qui ascendit super occasum*. Descensu ascendere demonstravit in passione; siquidem, ut ait Gregorius Magnus, in *Evangel. Homil. 17. Super occasum ascendit, quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcavit*. Abcondita est in morte vita, & in dedecore gloria; ut magis stupeant inimici, videntes vix immortalis ortum, ubi construxerunt mortalitatis oscurum.

Ascendit igitur in caelum Dominus super occasum. Quomodo super occasum, fugit hominis cogitationem; cum ibidem dicitur: *Ascendit super caelum caeli ad Orientem*: Quae ergo lege dum Dominus petit caelum, ascendit ad Orientem, & super occasum? Occasus est defectio Solis: Oriens vero principium lucis: & quum Dominus fu-

per occasum ascendit in caeli cacumen, ascendisse dicitur ad Orientem; quia tunc nobis gloria illuxit, dum Sol a nobis discessit. Christi Ascensio est nostra glorificatio. Necdum gloriam suam humana conditio viderat, quippe Saluator super caelum caeli non ascenderat: & Occasus quo Sol absconditur, Oriens merito dicitur: quoniam dum sedet in caelo, nostrae patuit ascensionis origo. Futurae glorificationis hominum erat caput, & principium: posseditque iure ad pectus Patris, quod possessuri feliciter homines. Unde ut canit Laetantius, vel Venantius (placet aliquibus) *Carm. de Resurrect. v. 86.*

Carne resumpta, Belliger ad caelos ampla trophaa refert.

DIDASCALIA VIII.

Homini sola natura supra immortales spiritus exaltatur in Virgine.

1. Ita proclamatur a Bernardo, dum per illum Matris-Virginis in caelum celebratur Assumptio, *Serm. 4. Canit Venantius de Partu Virg. v. 259.* *Honore sacro genitrix transendit Olympum.*

Et super astringeret erigis ora polos. Conderis in solio filix regina superbo, Cingentis & niveis lactea Virgo choris. Nobili nobilior circumstante senatu, Consulibus caelis celsior ipsa sedes. Sic iuxta genitum regem regina potentem, Ornata ex partu mater optima tuo.

Advena & peregrinus inter homines sese dicit Abrahamus, quippe ibi erat corpore, & in caelestibus mente: amplius prodigium in Virgine, igitur recepit Olympus simul cum anima corpus. Peregrinum sane, quod Christus ascenderit in caelum, quippe terra calcans caelum, quid merito peregrinum: verum exaltata fuit humana natura in divina persona. Amplius miraculum restabat orbi, quod iure mirarentur universi, visa Virgine Matre super aethera; igitur in illa sola hominis exaltata natura: quandoquidem dum anima gloriosa petijt Empyrium, eius etiam corpus elevabatur ad caelum. Singularis debuit esse gloria, cui singularis, utpotè plena, obtigerat gratia: & singularis non esset exaltatio, nisi plenè concederetur, & praecunctis beatitudo.

Gloria ho- minibus illuxit, dum Christi sus ab illi dis- cessit.

Laetant

Bernard. Virg. serm. per omnes ex altata creatur.

Venantius

Genes. 2. 14.

Etiam corpus pia do- natum.

Psal. 2. Ad Dominum clamat David dicens: *Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. Spes* in hoc mundo, & portio in caelo: ita Genebrardus hic. Possessio & spes simul exponuntur, sed totum in caelo, *ubi est terra viventium*: subdit Euthymius. Spes extra caelum est, adinstar Moyses, qui ducit Israelitas usque ad terram promissionis, & ipse non ingreditur, siquidem in gloria nil appetibile est ultra. Quod habetur, nequaquam speratur, neque ut futurum concipitur, cum nullo modo expectetur, quod spectatur. Quomodo igitur spes erit in caelo, & etiam portio? Ut palam fiat Virginis beatitudo. In terra viventium anima gaudet gloria, visione beatifica, ultra quam non est ultra omnimodo gaudium, quippe gaudiorum collectio. Haec tamen in terra viventium portio: verum inest beatis animabus spes de beatitudine corporis, intra claustra sepulchri, redacti in substantiam pulveris, quod aliquando resurget, & cui dotes anima gloriosa communicabit. Ecce spes in terra viventium: unde Virginis in assumptione constat singulare prodigium, concessis gloriose dotibus corpori, ubi concessa beatitudo animae; ut singularem haberet gloriam, quae plenam obtinuit gratiam: ius igitur quod illius corpori in gloria possessio fit, dum alia intra sepulchrum usque ad praesentium tempus consistunt in spe.

Luc. 11. 49. Ipsa praedixit: *Fecit mihi magna qui potens est*. Magna fecit semper Dominus a conditione hominum, sed praet respexit Mariam, nihil videbatur magnum. Magna fecit per illam, & in illa; sed illi etiam fecit magna, quasi propriam extenderet magnitudinem, per Virginis conditionem, *Magna*, id est, singularia, peregrina, non visa, & omnino nova. Singulare fecit prodigium in illa, ubi Verbum caro factum, ingrediens foeminae illibatum, atque inexpugnabile caestellum. Peregrinum, dum caro corruptibilis ab illo assumpta, donata fuit in resurrectione, immarecensibili gloria. Non visum, dum in corpore Christi eadem caro exaltata fuit in caelum. Omnino novum, quod cum illo, aperto caelo, iam possidentes gloriam, iustorum animae ingrederentur in aulam. Aliquid restabat, ut illi faceret, per quod etiam in caelo Virgo singularis lucret: & dum in aethera trahit, per quam tractus fuit ad terras, ut hominis formaretur felicitas; illi fecit qui potens singularia, nova & magna: igitur corpore in caelum assumpto, mirante etiam assumptionem caelo; plauditur ut peregrina, quippe per illam sola natura hominis exaltata super aethera. Floridissime

Et iuri.

Luc. 11. 49.

Singulari prodigio.

Venantius Fortun. de *Virg. part. v. 337.* *O Virgo insignis benedicta, ad gaudia nata: Auxilium terra, salzor honorque poli.*

4. Contemplamur singula. *Ave gaudij pelagus innoxiaestum*. Ita salutem Damascenus Orat. 2. de *Dormit. Virg. Gaudij pelagus*: Utrique: gloria enim videbatur quali sine complemento, quousque in caelestia ascendit incluta Virgo. *Posteriores glorias* signat Petrus. In laudem praerogativae Mariae congruit sententia, ubi ante communem resurrectionem eius corpus illustratur caelestis gloria: igitur illam praeveniunt in benedictionibus dulcedinis, quae alijs gloriae posteriores.

Posteriores glorias. Quid post gloriam, ubi gaudij plenitudo; ut sit aliquid posterius toto gaudio (Si aliquid posterius, deficit aliquid: at in gloria nihil deficit, cum factetur anima, omnimode voluptatis torrens pota. Nihil utique deficit in gloria quoad essentiale gaudium; sed potest deficere quoad accidentale voluptatis complementum. Anima illic ut Christus spiravit in cruce, gavisa sunt divina visione, quae gloriae essentia, prima & prior, quousque simul cum illa venit gloria posterior; & proponitur a Petro in gloria posterior lux, etiam quibus ad gloriam velum revelatum est; quippequam illa gloria posterior obtinenda, dum Virgo Mater videretur in gloria.

5. Concupivit Rex Virginis Matris speciem, ut in terra Dens-homo ipsam haberet immaculatam matrem. Unde possessa sede gloriae a filio in saeculum saeculi, etiam Virgo germen gloriae, altit regina a dextris sedentis in dextra Patris. Observa modò quid proferat Psaltes Regius: *Concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus: Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*. Divites plebis sunt iusti, in gloria triumphantes: quo pacto desiderant vultum videre gloriosissimae Virginis: Vident Dominum facie ad faciem in quo gloria, & felicitatis summa, cui iungitur accidentale ex Virgine visum gaudium, quasi gloriae complementum: igitur vultum desiderant Virginis, tanquam glorias posteriores.

6. Quid quòd beati cupiant Virginis faciem, dum ipse Rex concupiscit decorem? Non tantum in sanctis sunt posteriores gloriae, sed signanter Petrus demonstrat in Christo. *Praevincians eas, quae in Christo sunt passiones & posteriores glorias*. Tempore enim decinebatur gaudij fructus, respectu aliquorum, quae nondum erat adeptus: ut ait

Venant.

Virgo gaudij pelagus. Damasc. 1. Petr. 11.

Præven- ta in gau- dio.

illa qua- si comple- mentum beatitudinis.

Psalmi 44. 12. 13.

Concupiscunt & beati.

1. Petr. 1. 11.

Rom. 8. 19.

Verf. 10

Verf. 21

Corpus corruptio nis immuni.

Psalm. 87. 5.

Gregor. Magn.

Vita ex impie, singulari.

Verf. 14

D. Th. ait Angelicus Doctor, 3. p. q. 7. art. 4. in corp. & obtinuit in gloria gloriam posteriorem, videns corpore & animâ cœlum confcedere matrem. Latet adhuc arcanum, quod exprimit Davidicum verbum. Concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Deus per se & in se habet beatitudinem, quomodo Deus, quoniam Deus, Virginis concupivit decorem: Patet hic qua arte generis reparatrix Virgo Maria, ubi propter noxam primam tota natura damnata: igitur penituit Deum perire hominem, ex genere cuius Virginis nobile germen, rutilum magis, quod depravata stirpis: vidensque Deus in dedecore decoris speciem: quia Deus, Virginis concupivit decorem: & ut genus, ex quo Virgo, liberaret, misit filium carnem factum, ubi rutila in Virgine tanta perfectio virtutum.

7 Ergo proposito. Quoniam ipse Deus, concupivit decorem Virginis Matris. Quod habet Maria, ipse dedit. Concupiscitur, quod non habetur. Quia ipse Deus nullius eget: & quia Deus, decorem Virginis concupivit: sumpto ab impossibili argumento, ut palmam fieret quanta in Virgine delectatio: igitur si extra se posset aliquam habere gloriam, respiceret in Mariam. Cœlum est, in quo gloria Dei splendet: dicit Andreas Ierosolus in Salut. Angelic. Deusque, quia Deus, concupivit decorem, videns ita perfecte formatam Virginem: quippe gloria, quam uti Deus in se habebat, in Virgine quasi in cœlo splendide rutilabat. Perfectione atque puritate trahitur, ut illis glorificetur. In se habet gloriam Dominus, quin aliquid concupiscat, nec possit concupiscere extra se, cum fons & centrum beatitudinis sit: intuentis Virginem tot virtutibus ornata, concupivit decorem, quasi in illa haberet gloriam.

8 Aliter cogitabo, ut clareat vera decoris cupido. In mundo degebat Maria, digna potius cœlo, quam terra. In militante Ierosolam habitabat corpus (ex quo corpus sumptit filius) æmulante cœlo telluris gratias, quia illi illius deficiebat speciositas: & Deus Virginis concupivit decorem, ut transferret etiam corpore in Ierosolam cœlestem. Decor erat in mundo, qui iare non mundi, sed cœli (quod domus Dei, in qua revelatur animabus diligentiibus ansie decorem domus) quippe Virgo splendor poli, loci habitationis Deitatis, ubi gaudia dextra foris. Regia Dei debet esse summè ornata, sed insignè ornamentum erat in terra, in qua florebat Maria, decor generis humani, corporis & animæ pulchritudine: decoremque

Virginis cœlo Dominus Deus concupivit: & illam gloriosam vel corpore in cœlum traxit: etenim absque splendore videbatur Regia cœli, sine Virginis decore. Concupiscit, cui aliquid abest: & Dominus decorem Virginis concupivit, quousque corpus gloriosum in cœlum transfudit. Concupivit esse in terra, ut per illam ne periret: & curiam ellet, iterum concupivit: ut qua gloria telluris, ellet honor habitationis cœlestis. Ad se trahere cupiebat, quam ob decorem amabat: & nequaquam quieverunt amantis vota, quousque sedem in gloria universorum regina. Concupivit decorem, & in suam transfudit Regiam cœlestem: igitur si sedes iustorum gloria, gloria Domini Maria.

9 Cœlum cœli Domino: dixit Regius Psaltes. Domino cuncta sunt, quia Domini cuncta: quare igitur ex cunctorum dominatione segregatur Domino cœlum cœli? Ut vias expleretur thronus gloria: inquit Genebrardus hic. Anima sancta cœlum Domini est. Cœlum cœli dicitur: & proprie cor: quid mirum, si Dominus inveniat in Gertrudis corde, cum ibi in thronum Domini, respiciatur cœlum cœli? Filix est huiusmodi gloria specimen: ergo respiciamus matrem. Cœlum cœli Domino: tanquam thronus gloria. Divitiae patent divini amoris, ubi ostenditur quo loco thronus tanta maiestatis: igitur ubi beatificat hominem, ibi dicitur habere beatitudinem.

Cœlum cœli Domino. Cœlum est locus, ubi iusti gaudent gloria: cœlum cœli est Virgo Mater Maria: & ut eius ostendatur glorificatio, dum collocatur in cœlo: cœlum cœli plauiditur, & ab Angelis extollitur: quasi illa assumpta, ad Domini thronum, ellet in cœlo aliud cœlum. Domino cœlum cœli. Virgo cunctis cœlis erat pulchrior, à quibus eius desiderabatur decor: & dum in cœlum assumitur in thronum Domini, meditante dicitur cœlum cœli: quippe dum in cœlum assumpta Virgo, cœlum aliud & illustrius videbatur in cœlo.

10 Vidit Ioannes cœlum novum. Viderat mulierem Sole amictam in cœlo. Assumptio designata fuit Virginis in assumptione mulieris: & dicitur cœlum cœli, exaltata super sidera Virgine: igitur in cœlo ad Domini thronum, novam in illa construebatur cœlum. Iterum ecclasticus dicit: Vidi cœlum novum & terra novam. Cœlum novum, quia thronus erat Domini anima Virginis. Terram novam, quia cœlum animatum terra corporis: sed admiratione dignum, quod in cœlo videretur & factum ex tellure,

Et honor

Psal. 113. 16

Genebr.

Gertrudis cor thronus sponsi.

Gloria Dei, hominis gloria

Maria thronus Dei.

Cœlum cœli.

Apos. 21. 1. Gap. 12. 1.

Ibidem

Et filij gloria.

Cœlum novum.

Gloria cœli.

Reliquia Virginis eius virtutes.

Eryc. Put.

Cant. 5. 2.

Saa.

Math. 23. 21.

Isai. 26. 2.

Et filij gloria.

cœlum novum, exaltata sola natura hominis in exaltatione Virginis. Cœlum novum. Qui prius habitabat in cœli speciositate, requiescit in cœlo cœlorum Virginis: paritque cœlum novum, quia cœlum cœli.

Denique. Cœlum cœli. Per cœlum in Scriptura signatur locus gloria: & per cœlum cœli, gloria loci: diciturque cœlum cœli Virgo Beata, ubi assumitur in cœlum quia illuc assumpta fuit Virgo, ut ellet gloria cœlorum. Cœlum sedes beatorum est: Virgo cœlum cœli: cœlumque cœli constituitur Domino, quia gloria Domini immaculata Virgo.

11. Consideremus articulum, quo Despara ascendit in cœlum. Intrare intendit sponsus cœlestis Christus Dominus in castellum cordis Virginis, expugnatum fagietis mortis, quam Virgo suscepit, quia voluit; haud quia peccato contraxit (quod nobis aliquando argumentum, in dignum enim comium, & decisionem litis inter felicitatem cœli, & mœsticiam telluris, ad quam dirimendam Dominus iudex interpellatur, quia sine corpore Virginis, terra, sola relinquitur: & iure conqueritur; licet interibi potissimum dicere, quod Erycius Puteanus floride eccinit: Dum sublimis abijt, Virtutes linguamus, inquit:

He volo Reliquia sint tibi terra mea.) Audit ictus, vocesque dilecti pulsantis, mortis & charitatis commutatis telis, quæ amore languit; & dicente filio: Aperi mibi foror mea. Illico respondet Virgo: Ego dormio. Id est, Morior, ut ait in Notation. Saa: Ego dormio rebus mundi. Perpende stylum. Si motitur Virgo; ut gauderet cœlo, debebat dicere: Aperi mibi dilecte mi, sicut illæ aliz virgines: Domine Domine aperi nobis. Aperi Fili mi portas cœli matri, è sæculo ad te egredienti: & filius tunc dicit, Aperi mibi foror mea; quia filij gloria Maria. Non illa clamavit, sed ille, qui dicit morienti, Aperi: igitur filius descendit in terram, ut egredientem in cœlum matris susceperet animam. Gloria videtur, dum cœlum exantibus à sæculo revelatur: dicente anima, Aperite portas, & ingrediatur gens iuxta: & Christus petit moriente Virgine, quod pectoris illi aperiat genitrix inuam; & quippequam gloria filij, matrem videre gloriosam. Aperiri petitur, ubi gloria clauditur. Clausa est gloria degenti in mundo: revelatur egredienti de sæculo: & minime moriens in cœlumque egrediens mater, sed filius suscipiens efflagitat, ut cordis portas aperiat; igitur filio summa felicitatis sedebat in corde Vir-

Genel. 32. 26.

Impellit Deum, ut benedicat homini nem.

Apoc. 21. 2.

Dum telitur in aethera, ampliora descendunt in homines beneficia

Hilar.

Verf. 4.

Retraxit ab hominibus penas.

Eryc. Put.

Tom. II. Taut.

Q 99

Cor

ginis, quo inveniebatur conceptum thronum, ut haberet in cœlo novum cœlum. Claret igitur Virgo decor honorque poli: rutillet auxillum terra.

12. Deus index iustus lætabatur cum homine, sicut quondam cum Iacob. Aurora ascendit, & litem illico dirimit: Dimittite me (ait) iam enim ascendit Aurora. Iram iuste commotam repressit, motus cohibuit, fregit arma, combulsis scuta: acidorus nostræ reconciliationis; ut intercederet iterum gratia familiaritatis: quandoquidem cum quibus lætabatur ut plecteret, impulset, ut benediceret. Civitas Dei dicitur, dum ascendit in cœlum. Verum perpende: Vidi (inquit Ioannes) sanctam civitatem Ierosolam novam descendentem de cœlo. Quid igitur hoc? Ascendit in cœlum, & descendit de cœlo? Quomodo potest ascensione descendere? Ob collisionem gratiæ. Ideo ascendit delictis affluens, ut de cœlis influant in miseris homines. Plena & superplena, ut deriver aquas gratiæ in subsidium naturæ miscella. Sibi concha rore gratiarum plena; nobis cancellis, ut per illam gratiæ descenderent nobis. Non ascendit in cœlum, ut à nobis abiret: sed ut amplius in necessitatibus faveret: & dam in cœlum ascendit Virgo, simul descendit de cœlo: quippe ubi ascendit ex imis, descendit illico in gratijs: igitur dum tollitur super aethera, ampliora descendunt ad homines beneficia.

Asidet in salto, & ternas respiciat amicas.

Canit Hilaris in sua Genel. 108 v. 108.

13. Nota contextum. Vidit Ioannes ita gloriosam, stamque vox: Absorbet Deus omnem la-bropram. Mittebat Deus fulgurata, è cœlis in terras propter crimina, & reorta; ut lucret penas, qui ita audacter commiserunt culpas, quin cogitarent converteri in amaritudinem acerbi doloris, momenta fugitivæ voluptatis. Ira grassabatur, homines perpetuebantur: & ut Virgo ascendit in cœlum, Deus absterfit lachrymas ab oculis eorum; quia Virgo sollicitè clausit portas, ne prorumperent in lachrymas. Videmus & miramur in illa distillatoci charitatis favum, misericordie viscera, atque ubera amore plena. Picta fuit manus, dum amabundus Virgo obtegeret pectus, hoc ingenioso disticho.

Expectat cur Virgo tuam manus obvia dextram?

Scilicet impletas vis dare corde manus.

Non preces pramittuntur in gratiam conferendam per Mariam; sed necessitas pro precibus extendit aridam manum; & quippe ab illa non dabium hominibus beneficium.

Tom. II. Taut.

Q 99

Cor

Et centu
lit gra-
tias,

Cor eius patet ad nos, ut simus eius, dum sumus: & antequam exoremus, impletas vult dare corde manus: igitur ipsius corona, quæ nobis gratia.

14. Præquam mulier illa insignis, uti Virginis umbra, videretur in cælo, in terris semper irrequieta commotio: igitur facta sunt fulgura, & voces, & tremotus, & grando magna. Post verò signum magnum apparuit in cælo: scilicet mulier amicta Sole, ut cohiberet præsentia fulgura cæli, ne ira merito excitatæ obviarent habitatoribus terræ. Ni virgo arceret fulgura, hominis crimine, esset cinis & non terra.

Apoc.
11. 19.
Cap. 13
10.

Verf. 14

Verf. 1.

Hic erat mulier, & ut assumeretur in cacumina cæli, data sunt illi due ala aquilæ magne. Coronatur ergo regina flans à dextris in vestitu deaurato, circumamicta varietate, igitur amicta Sole; & ut rutilaret ex tanto lumine lumen, in aspice eius erat corona stellarum duodecim. In cælo videtur huiusmodi coronatio, quod quidem repletur iridilo: verum substituit animo, Cur stellis coronatur, dum Sole ornatisimè vestitur: Stellæ indigæ sunt lucis Solis, Sol autem quasi fons lucis: quare namque luce haud coronatur Aurora Solis, sed dumtaxat redimitur stellis? Stellæ gratiæ Virginis sunt, Sol Verbum divinum, cui in nube lucida carnis dedit corpus: & Sole vestitur, sed stellis coroatur; ut corona sit gratiarum in hominum beneficium: igitur ita diligit homines in terra degentes; ut in corona capitis, dumtaxat æstimet pro diademate, quæ potest gratias hominibus clargiri.

Pro gloria habet
quas gratias confer.

Cap. 11.
19.

15. Antequam videretur coronata, paruit commodum nostrum ex eius coronatione, tamquam in umbra. Apertum est templum Dei in cælo, & visa est arca testamenti eius in templo eius. Arca fœderis Domini iurè vocatur Maria, igitur conciliavit & reconciliavit ima & summa. Prædem, quia zrea terra cordium, cælum videbatur ferreum,

quasi gemitibus clausam. Templum est locus misericordiæ, quò ingredientes afflicti, egrediuntur alacres sine afflictione; commutata in verum gaudium: & dum arca Virgo-Mater in cælo aspicietur; aperitur novum templum! igitur dum illa tollitur in superiores sphaeras, novum aperitur templum in misericordias. Templum in cælo, ut eius assumptione gaudeat homo: siquidem illa ingrediente in cælum, iam templam & ostium novum, ut descendant dona pietatis in mundam. Virgo patet cæli ianua, quæ labuntur in homines beneficia.

Tentata
est pietas,
sic.

Et ianua
ad gratias.

16. Observa in gratias hominum templum aperiri, & arcam fœderis apparere. Arca fœderis erat apotheca gratiarum; sed non dicitur clavem habuisse, sicut nec hoc novum templum ullum ostium, Templum Salomonium habet ostia & ostiola. Petro traditur Ecclesia, & etiam claves regni cælorum, ut referret clavis & solvat vincula ligatis. Aliter apparet Virgo, ubi gloriosa videtur in cælo: igitur sicut templum non habet ostium, quo intercluso, impediaturo introitus ad implorandum auxilium; sic non habet clavem Arca, representans Virginem, quoniam omnibus hominibus eius beneficia patent. Pro libito gemunt homines miseri, dum parent gratiæ. Ecce iam quibus potuimus votis dicam cum Bernardo Serm. 4. Assumpt. Ascendentem te ad filium deduximus, & profecti sumus saltem à longè Virgo benedicta. Sit pietatis tue, ipsam quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo. Clares ergo auxilium terræ, quæ rutilas fulgor poli, dum videtur in te sola, sola hominis exaltata natura. Torqueatur sine blandimine, sed iurè Ethnicus, dicens lib. 4. Carm. Od. 2. v. 37.

Qua qui
den orbis
pietate
in boni-
non as-
sitione.

Record

Horat:

Qua nihil maius, meliusve terris
Cæli donavere, bonusque Deus:
Nec dabit, quamvis redeant in aurum
Tempora priscaum.

TAUTOLOGIA NONA.

SENVIT AUTEM ISAAC, ET CALIGAVERUNT
oculi eius, & videre non poterat.
Genes. 27. 1.

EXPOSITIO LITTERÆ

SENECTUS ipsa est morbus: dicit Chremes apud Terentium in *Phormion*. Act. 4. Scen. 1. v. 9. *Rarum est felix, idemque senex.* Seneca in *Hercul. Octavo Act.* 2. v. 643. *Plures anni plures morbi. Vivere optamus, & vixisse penitet.* Semper in terminum inus, quippe nascentes morimur, cum finis ab origine octoginta: & amplius eorum labor & dolor. *Iamque annis, malisque graves: dixit de Cadmo, & Hermione Ovidius lib. 4. Metam. Fab. 15.*

Terentia
Seneca

Senectus ipsa
est morbus.

Ovid;

Aufsp;

Virgil;

Senectus
miseria.

Maxima de
fectus visus.

Oculi pluri-
mi morbis
obnoxii.

Lucret;

Diversus es
lor tantum
in oculis de
minum.
Plin.
Tiberius pau-
lisper post
fontem in
tenebris cui
hae clare vi-
debat.
Aul. Gell,

Ipsa senectus
Expectata diu, votisque optata malignis
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Canit Anonius *Edyl.* 15. & *Virgilius lib. 3. Georgie. v. 66.*
Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit: subicit morbi, tristisque senectus;
Et labor & dura rapit inclementia mortis.

Senectutem describit *Iuvenal. Satyr. 10. à v. 190.* *Ovid. lib. 14. Metam. Fab. 1. & lib. 15. Fab. 3. Propert. lib. 2. Eleg. 25. Horat. Epist. 2. Sev. Boet. lib. 1. de Consolat. Philosoph. Metr. 1. Cornel. Gallus pluribus in locis, & alij passim. Graphicam descriptionem invenies *Eccle. tot. cap. 12.* Unde pro exordio v. 1. dicitur: *Memento Creatoris tui in diebus iuventutis tue, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent.* Inter senectutis molestias acrior est defectus luminis: igitur cum animi vigor facultatibus marcescat, acies oculorum hebetatur in ædificij humanitatis ruinam. Ita David querebatur *Psal. 37. 11. Reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.* Pariter igitur de *Isaaco dicitur: Senuit, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat.* Idem etiam dicitur de *Heli 1. Reg. 3. 2. 4. 15.**

2. Plurimis infirmitatibus obnoxij sunt oculi. Plusquam triginta refert ex *Plinio Ioannes Ravil. Textor in Officin. lib. 2. cap. 51.* atque in documentum, sive cautionem deducitur, quantis subsint periculis, qui munere constituti speculatores corporis. Hinc *Lucretius lib. 4. de Rer. natur. v. 335.*

Multaque sunt oculis in eorum denique mista.
Quæ contagia sua palloribus omnia pingunt.
Quod argumentum latè sequitur. In nullo animalium diversitas oculorum, sicut in homine, tam in calore, quam in luminis discrimine. *Alijs nigri, alijs atrii, alijs rufi, alijs glauci coloris orbibus circumdati, at habili mixtura, & accipiatur circumcælo candore lux, & temperato repercussu non obstrepat.* Multorum visus fulgore Solis constat, nullo die non cernentium, nec post occasus. *Alij interdum hebetiores, noctu præter cæteros cernunt. Cassi in tenebris clariores.* Hæc *Plinius lib. 11. cap. 37.* sed ex *Aristotele lib. 2. de Part. anim. à cap. 10. usque ad 15.* Sane mirabile quod de *Tiberio* refert idem *ibid. & Sueton. in eius vita, cap. 24. Ferunt (subdit) Tiberio Cesari, nec alijs genitorum mortalium fuisse naturam, ut expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris seculo obducentibus. Ita de Albanis dicit *Aul. Gellius lib. 9. Noct. Attic. cap. 4. Plus cernunt oculi per noctem, quam inter diem.* Quod quidem proprietas est felium, & luporum.*

3. Multi, potissimè qui morbo comitiali laborant, animo caligante, apertis oculis

Tom. II. Tant.

Q 99 2

lis

